

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio ca
cum fonte primo

Episcopi domos non impares ecclesiis
magnitudine construunt, pictos
delectantur habere thalamos, uestiuntur
ibi ymagines preciosis colorum
indumentis. Pauper autem sine uestibus
incedit et uacuo uentre clamat ad
hostium

et, ut uerum fatear,
spoliantes pauperes sepe
ut uestiantur lapides et ligna.
Ornant praetoria columpnis, fores
domibus anteponunt que utinam
pauperes includerent, non excluderent.

Hugo de claustro anime libro I., capitulo
I.

Episcopi domos non impares ecclesiis
magnitudine construunt, pictos
delectantur habere thalamos, uestiuntur
ibi imagines pretiosis colorum
indumentis. Pauper item sine uestibus
incedit, et vacuo ventre clamat ad
ostium.

O mira, sed perversa delectatio!
Trojanos gestat paries pictus purpura, et
auro vestitos, Christianis panni negantur
veteres. Graecorum exercitui dantur
arma, Hectori clypeus datur auro
splendens, pauperi vero ad januam
clamanti non porrigitur panis,
et, ut verum fatear,
pauperes spoliantur saepe,
et uestiuntur lapides, et ligna.
Ornant praetoria columnis, fores
domibus anteponunt, quae utinam
pauperes includerent, non excluderent.

Hugo de Folieto, *De claustro animae
libri quatuor*, 1, 1 (PL 176, col.1019C-
D).